C Ad multa cicias capienda est oculō attributa rotunditas propter facilitatem motus revolutionis. Nam si pars illa per quam immutatur nō esset sphērica non uideretur unico aspectu nisi sibi equale: quod patet: quoniā uisio est per lineas rectas super uisum orientes perpendiculariter quarum concursus est in centro oculi ut docetur infra. Si enim esset superficie plana: nō uenirent super eum perpendicularares nisi a superficie sibi equali: uerbi gratia sit p possibile: oculi superficies plana. a. b. res uisa. c. d. apuncto b. ducatur perpendicularis super. d. iterum a punto. a. extrahatur alia perpendicularis quæ cadat in. c. quum ergo a. b. & c. d. sint aequae distātes: hoc supponatur: quia inde inconueniens non sequitur: erit linea. a. c. perpendiculariter extracta per ypotesi iequalis linea. b. d. quare linea. a. b. erit equalis linea. c. d. ut patet ex. xxxiii. &. xxxiii. primi euclidis: & ita res uisa uisus latitudinē nō poterit excedere: quare expedit ut oculus nō sit figura plana sed sphericæ: in cuius centrū possint radii perpendiculariter cadere a longe maiori longitudine. Amplius capacitati maiori conuenit rotunditas: quoniam figura sphērica capacissima est isoperimentorum. i. figurarum aequaliter dimensionabilium.

XXX.

A Corpore diuersarum rationum necessario requiruntur ad oculum constituendum.

C Hoc patet quoniā ista pars in qua uiget uis uisua est tenera & passibilis multum: quoniā aquæ est & tenerrimæ compositionis: aliter non congrueret subtilitati spirituum uisibilium a cerebro ueniētiū: Aliter eti-



Pars

am sp̄ties sub esse suo in materiali & depurato minime recipere: nec per cipi potest tactus earum nisi in tenerrimo & subtilissimo corpore: hic autem humor faciliter corrumperetur nisi aliis fortioribus circundaretur.

Hinc dispositio talis ē oculi ut sit eius tunica exterior quæ dicitur cōsolida tūa: fortis & pinguis ad retinendum oculum totum in dispōe sua intra quam est tunica que dī cornea quia cornu similis est: que fortis est: quia aeri exponitur: & est diaphana ut sit sp̄bus peruvia. Intra istā est tunica que dī uuea: quo est nigra ad uiae similitudinem: ut obscuretur in ea humor quo uiget uisus q̄ hūor nisi aliquantulū obſcuraretur sp̄es i eo si possēt apparere. & hec tunica ē fortis ne resudet i ea hūor cōtētus: & hē i anteriōri parte sua foramen circulare ut transēant in eam species: cuius foraminis diameter est circiter quanētitat lateris quadrati intra sph̄eram uenam descriptibilis. Intra istam tunicam est humor albugineus similis albulgini cui diaphanus: ut per eum species ferūtur libere: & talis humor est humidus qui humectat humorem glacialem ne tela eum circundans excitate corrumpatur. Intimus humorum est humor glacialis glaciei similis, humidus: ut sit a luce passibilis non solū perspicuitate sed etiam ratione modi substantiæ & est subtilis ut faciliter moueat: & est aliquantulum spissus ut pecies in eo figi possint: aliter enim euanescent. Et hic humor diuiditur in duas partes: habet n. anteriōrem partem maioris sph̄erae portiōnem: & toti oculo concentricam & equidistantem anteriori parti uisus. habet etiam partem posteriōrem quæ uitrea dicitur quæ est subtilior & anteriōri parte, & hæ duæ circundantur quadam tela subtili quæ aranea appellatur similis telæ araneæ cuius officium est illum humorē fluidum continere: & ita secundum istum philosophum oculus habet tres humorē & quattuor tunicas. Alii autem qui anatomia diligentius perspiciunt: ponunt sicut ponit in libro de elementis. q̄ uuea habet ortum a pia matre sicut cornea a dura matre: quæ sunt duæ telæ cerebrum circundantes: & subiungitur q̄ oculus constat ex tribus humorib⁹ & septem tunicis. Quarum prima est coniunctua siue consolidatiua. corneam etiam diuidunt in duas partes: anteriōrem uocant corneam. Interiorem uero scleroticiam appellant. Similiter etiam uueam diuidit: cuius anterior pars uuea dicitur. posterior autem secunda. si sit aranea diuiditur. cuius anterior pars dicitur aranea: posterior: etina. sic tamen diuidere non est cura huic philosophiæ: quia solum considerat ea quæ ad eccentricitatē uel concentricitatē, fractiōnē uel directiōnē pertinuerint.

XXXI.

Aliqua corporum oculum constituentia a sph̄erae necessariae est deficere complemento.

Verbi gratia consolidatiua pinguedo. s. alba. quæ circuūdat oculum si totum circundaret: oculus nihil uideret: quia ipsa diafaneitate caret, simili ter uuea habet foramen in anteriōri parte & similiter glacialis deficita ro mandat.

XXXII.



Oculorum dualitatem necesse est reduci ad unitatēm.

Duo sūt oculi ex benignitate creatoris: ut si uni accidat lesio alter remaneat. Origo autem eorum hec est: quoniam ab anteriōri parte cerebri oritur duo nerui concavi directe ad anteriōrem partem faciei: qui primo coniunguntur: & fiunt unus neruus: & inde ramificatur in duos neruos ad duo foramina concava sub fronte: in quibus dilatatur: & creatio oculorum fit super ipsorum neruorum extremitate. Species ergo uisibilium per utrumq; foramen recipiuntur: q̄ si istæ species non unirentur. res una duæ apparet: sicut è patet: si digito supposito ipsi oculo: oculus unus a suo situ eleuetur res una: duæ uidentur: quoniam species per duos oculos receptæ in comuni neruo nō coniunguntur: uerelle ergo est in comuni neruo species uniri: quod est propositum.

XXXIII.



Prima



Sphaerarum oculum constituentium necesse est aliquas esse mutuo eccentricas.

CHoc pater: quoniam quā species rei uisibilis pyramidaliter supra oculum orientur: quarum conus pyramidis est imaginabilis ī centro oculi: si nulla diadaneitatis esset diuersitas: radii in centro illo concurrentes ulterius procedentes se in centro secarent: & dextra appareret sinistra: & sinistra dextra, q̄ ppter machinata est natura ut anterior glacialis idē centrū haberet cū cornēa & cū humore albugineo: ne species p ipsas trans eunt frangerentur: antequam peruenissent ad uim sensituum: quā ēt in glaciali uiget humore. Deinde occurrente sibi interiori glaciali: quā est in eis eccentrica siue humore uitreo qui subtilior est q̄ anterior glacialis: disgregatur radii & franguntur a perpendiculari: & hic per uiam spirituum deferuntur species usq; ad locum iuditii interioris. f. ad neruorū cōcursū, XXXIII.

Omniū tunicarum & hutnorum centra continent una linea.

CHec probatur per effectum: quoniam non aliter posset lux tunicas omnes & humores naturaliter siue regulariter introire: nec aliquis radius alicubi posset non fractus remanere: & per consequens non posset esse certitudo per deportationem oculi super uisibile ab extremo ad extremum quod falsum est XXXV.

Omniū radiorum orientium super uisum, unum solum necesse est transire non fractum.

Cuius ratio est quoniam super spheras eccentricas impossibile est plures una linea esse perpendiculares: pyramis ergo radiosā sub qua res uidetur tota frangitur in ingressum interioris glacialis: excepta illa linea: quā transit per omnia centra, quā axis appellatur. XXXVI.

Duisum uigere in glaciali humore.

CHoc experimentis docetur: quoniam si alicui tunicae uel humoris lesio fiat: glaciali saluo: recipit curam per medicinam: & sanatur ac restituuntur uisus. Ipsa uero corrupta corrūpitur uisus irrecuperabiliter. XXXVII.

Duisiōnem fieri per hoc quod in glaciali est ordinatio speciei,

Chuius possiblitas patet: non obstante partititate glacialis: quoniam tot sunt partes minimae: quot sunt maximae quantitatis siue magnitudinis.

Species autem siue materia recipiuntur: ergo quantumcumq; sit uisibile quod uidetur: species eius distincte & ordinate recipiuntur in glaciali humoris: quod nisi fieret: oculus rem distincte non uideret. Si enim species duarum partium rei uisibilis in eadem parte glacialis recipientur: partes rei distinctae non cognoscerentur propter confusione formarum mouentium oculum in eadem parte. XXXVIII.

Rei uisibilis comprehensio fit per pyramidem radiosā. Apprehensionis autem certitudo fit per axem supra uisibile transportatam.


CPyramis enim radiosā a uisibili, oculo impressa, rē oculo representat: sed uisibilis certitudo fit per rotationem oculi super rem: quā basis est pyramidis: licet enim tota pyramis sit perpendicularis super cētrum oculi. id est anterioris glacialis non tamen supra totum oculum: unde sola illa perpendicularis quā axi sdicitur: quā non frangitur: rem efficaciter representat & alii radii quanto sunt ei propinquiores tanto sunt potentiores & fortiores in representando. Ad hoc igitur oculus rotatur ut res quā sub pyramide representatur simul oculo per hanc perpendicularē successiue orientem perspicacius discernatur. De hac certi-

tudine dicit auctor de uisu q[uod] nullum uisibile simul totum uidetur. sed per immutationem pyramidis. Dicunt communiter loquentes: q[uod] omne uisibile quod uidetur: uidetur sub angulo i[usqu]a forma triangulari. XXXVIII.

Non sub quoque angulo rem uideri.

CNon est uisio sub angulo acutissimo. i.e. angulo contingenter: quia iste angulus ut probat euclides. iii elementorum est indiuisibilis. Angulus autem sub quo aliquid uidetur est diuisibilis: & diuiditur per axem.

Amplius determinata est anguli magnitudo sub quo potest est uisio: quia diameter foraminis. Vueæ sicut docet anatomia: est quasi latus quadrati quod describitur ita sphaera ueea: ergo si ab extremis huius foraminis linea ad centrum ducantur: constituent super eum angulum rectum: hoc patet quoniam ab angulis quadrati: linea recta secant se orthogonaliter: igitur si in centro ueae esset uisio: uideretur sub angulo recto præcise: si diameter foraminis esset latus quadrati præcise: Nunc autem centrum oculi quod est anterioris glatalis interius est: quod centrum Vueæ: quia ueea minor est quam cornea: & fecat corneam. quia foramen eius cornea applicatur: ergo maximus angulus sub quo uisio radiosa: est brevior recto: nisi foramen ueae sit paulo maius quantitate predicta: ne loquor hic de uisione per radios extra pyramidem radiosam super oculum orientes de quibus infra uidebitur. XL.



Omissionem fieri sub curta pyramidem uisui proportionata & angulo inchoato.


Chec ex predictis patet quoniam radii pyramidis omnes, excepto uno occurrentes interiori glaciali franguntur, ut dictum est, a perpendiculari nec, ulterius in conu constinguntur: quauis igitur radii ad angulum inclinentur non tamen angulariter applicantur: nisi imaginatiue tantum imo quoniam peruenit species ad humorem uitreum. i.e. interiori glaciali: procedit secundu legem spirituum magisq[ue] secundu legem diaphaneitatis. incuruatur enim secundu uiam spirituum usque ad neru[m]. XXII.

Oclinatio radiorum angularium iuuat ad cōpræhensionē quantitatis.

CPatet quoniam per dispositionem speciei inglaciali h[ab]etur cognitione rei. Et quoniam quanto radii ad acutiem angulum declinat, tanto species amplius adunantur & constringuntur, necesse per consequens est nisi aliud impediat: ut rei quantitas ex hoc: minor uideatur in oculo. sed hoc ad cognitionem quantitatis non sufficit: ut infra patebit demonstrando. XLII.

Per radios cuius oblique super oculum oriuntur uisio uigora. / P[ro]t[er] & ampliar[er],

Cvigoratur inquam quoniam licet per solos radios perpendiculariter cadentes certa & distincta fiat uisio, principaliter tamen certum est quod licet quilibet punctus in uisibili signatus uideatur per radius suum, oculum perpendiculariter tangentem: nihilominus: ut patet ex predictis: non occupat totam pupillam: Dnatur autem motus perpendicularis & iste oblique incidens cooptatur: Amplius extra pyramidem radiosam aliqua uidetur cuius pyramidis angulus breuioris latitudinis est quam sequentia res: quae uno aspectu uideri possunt: radii ergo istorum super oculos uenientes aliquo modo tangunt & mouent oculum per radios in ingressu oculi fractos: & ad ceterū declinantes ut talia debiliter ab oculo aduertantur, illa autem quae sunt oculo faciliter objecta: efficacius presentantur & tam recte quam flexe apprehenduntur. quare autem punctus representatus in alio loco appareat: in tractatu de radiis fractis tangetur in tercia parte. XLIII.



Operationem uisibilis in uisum esse dolorosam.

Choc probatur quoniam operatio uisibilis in uisum est unius generis. Quoniam ergo operatio uehementium luminum in oculos sit lesiva sensibili ac dolorosa, sequitur omnes operationes inminimum esse tales: quis

Prima

nō perpendatur. & hoc est argumentum philosophi capitulo de qualitate uisus: & necessario sequi uidetur. quoniam nullum est uisibile tantum oculo delectabile. quin continua inspectione ipsum afficiat fatigatione. cuius fatigationis causa. uidetur esse precedens inspectio. Hoc quidem sapit iste philosophus: quis alii philosophi dicant naturalia tractantes: q[uod] sensibile est perfectio iensus: in actu ergo sentiendi non est aliquid tristitia induces. nisi sit immoderatum. nec uidetur cogere ratio. si excellens sensibile inducit dolorem: ergo & mediocre: motus enim uehemens grauat. motus uero mediocris delectat & iuuat: restringitur igitur quod hic dicitur ad uisios cuiuscunq[ue] prolongationem: & non ad quamcunq[ue] breuem inspectionem: siue intuitionem.

XLIII.

Atheimaticos ponentes uisum fieri per radios ab oculo mica ntes frustra conari.

Visus enim sufficienter fit per modum perscriptum: per quem seruari possunt omnia quae sunt circa uisum apparentia. ergo superfluum est ponere sic radios & cetera. hoc dico autoris perspectivæ uestigia sequendo q[uod]q[ue] aliud doceat alchidus de aspectibus: q[uod] plonici etiam senserunt. aliud philosophi sapere uidentur in multis locis: aliter angustinus qui inuere uideatur q[uod] uirtus animæ aliquid in lumine oculi operetur aliter q[uod] adhuc inuestigatum sit.

XLV.

Radios quoquaque ab oculo micas, & orientes, super uisibile ad uisionem impossibile est sufficere. Quod si ponantur radii ab oculo exire super rem uisibilem quasi continuandam: aut redeunt ad oculum: aut non: si non redeunt: uisus per eos non fit: quum anima a corpore non exeat: si redeunt qualiter: nunquid aitati sunt, nunquid omnia uisibilia specula sunt reflectendo radios Amplius sit redeunt cum forma rei uisibilis ad oculum. sic frusta exeunt. quoniam lux ipsa uel forma sed species uisibilis uirtute lucis in totum medium se diffundit. ergo non est necesse ut ipsa radiis quasi nuntius utatur: Amplius quomodo aliqua uirtus oculi usque ad sidera protenderetur: etiam si totu[m] corpus in spiritum uel speciem resolueretur,

XLVI.

Lumen oculi naturali radiositate sua uisui conferre, haec autem Oculus enim ut dicit Aristoteles non solum patitur sed etiam agit: quemadmodum splendida corpora: lumen ergo naturale necessarium est oculo ad alterandas species uisibiles: & efficiendus proportionatas uirtutem uisus: quoniam ex luce solari diffunduntur: sed ex lumine oculi conaturali oculo contemperantur. hinc dixit aristoteles q[uod] quum motus lucis ad exterius fortis est: disproportionalis, & nō bona fit uisus quantumcum q[uod] motus ad interius fortis etiam sit, sicut patet in radio solis, qui obruit uisum, nec patitur se proportionari uisui: Sic igitur patet q[uod] aliquo modo sit emissio radiorum. sed nō modo plonico ut radii ab oculo emissi quasi in forma uisibiliter immersantur, & intincti reuertantur oculo nunciantes, aliquid tamen operantur radii in uisum predicto modo quod etiam patet quoniam uisus est in omnibus animalibus eiusdem rationis, quum ergo quedam animalia per uisum oculorum suorum sufficient coloribus virtutem multiplicatiuam dare, ut ab eis nocte uideri possint, sequitur ut lumen oculi aliquid operetur in uisum. sed an aliquid ulterius faciat, non diffinio, huius auctoris, ut dictum est, sequendo uestigia.

XLVII.

Isum nihil comprehendere, nisi proportionali distantia presentatum.

Distantia siquidem uel remotio uisibilis requiritur ad uisionem si enim res uisibilis oculo supponatur: lux super ea non perfunditur. & p[ro] consequēs non potest mouere uisum, q[uod] si ipsum uisum sit luminosum: dico ut i. xlii tactum est quoniam uisibile per lumen oculo contemperatum fit & pre-

portionatum. Vnde quidam senes melius uident in maiori distantia q̄ in minori. quoniam lumen oculorum suorum quod est intrinsecus multū sed non clarum in disgrediendo serenatur: & serenatum sp̄ei rei uisibilis superfunditur ut efficacius moueat, alii autem sunt q̄ hēnt lumen modicū & serenum & illi a proximo uidēt. Alii autem multum & clarum, & illa remotiori uident. Super oēs autem alios illi qui oculos profundos hēnt ceteris pībus a remotiori uidēt, quia radii luminares ab oculo micantes nō ita disperguntur sicut ab oculis eminētibus. q̄ si adiūcti siue adūati fuerit fortius sup uisibile porrigitur.

Co. XLVIII.

Sola uideri recte, faciliter obiecta.

CHoc patet ex predictis, iusus enim sit principaliter per pyramidē radiosam a basi opposita super uisum perpendicularē orientem, sit etiam iusus per radios extra pyramidem super oculum oblique oriētes sed sup oculum oriri non possunt, qui in superficie oculi non cadunt, sed ad uero eius oculo se rep̄tant, & dico uideri recte, quoniam reflexiue in speculis aliqua aliter uidentur, ut infra uidebitur.

XLIX.

Sine luce nihil uideri.

CHoc probatur, color enim sine luce non potest efficaciter radiare quoniam primum i omni genere ē causa omnium posteriorum. prima autem radiositas est lucis, & ideo omnis alia ab ipsa causatur. Color ergo efficaciter radiare non potest, nisi luci admixtus.

L.

Nihil uideri, nisi proportionaliter quantum.

Cuius ratio ē quoniam ut supra patet, iusus sit p pyramidē radiosā cuius basis ē res uisa, ergo necesse est quod uidetur esse quantū & esse proportionaliter q̄tum, non ergo diminutū, quia tale nō sufficeret oculū dolorose & efficaciter iprimere, ut dicit. xlivi. ppositio, & corpus excedētis magnitudis uno aspectu uideri nō pōt: ut patet ex. xxxviii.

LI.

Disūm non fieri nisi per medium diaphanum.

Cuius ratio est: quia species non multiplicantur nisi per diaphana corpora, quorum subtilitas congruit formis multiplicandis sine materia & sine materialibus conditionibus. ut pōle est. oculo imprimantur. quia quum omne corpus sit susceptiuum influentia corporis celestis. certum est: nullum corpus oī carere perspicuitate. quum sit cois corpori supercessisti & inferiori. hinc est q̄ nulla densitas prohibet omnino translūmū uitum & specierum: quis nō lateat: hinc lynces dicuntur uidere per medium parietem,

LII.

Omnia uisibile necesse est medium in densitate transcendere.

Cuius ratio est quia nihil potest esse coloratum uel luminosum nisi si dēsum. Amplius nec glaciale mouere potest: si uisibile eam in perspicuitate excederet. Amplius sine luce nihil uidetur: q̄ si illud qd̄ uidetur p spicuum esset ut aer. in eo fangi non posset lux: sine cuius mixtione nulla species potest radiare. Siue uideri: ut patet ex xlvi. mouent. n. simul lux & color.

LIII.

Omnia quæ uidentur tempore comprehendendi.

Immutatio enim uisibilis: sensibilis non sit nisi in tpe: sicut docent illusiones sensuū in ueloci quorumdā transportatione. Amplius discretiōnem aut diuisionē rei non nisi in tpe fieri. patet quia in corpore ueloci ter circuacto: pūctus uidetur esse circulus. Amplius celū uelocissime mouetur nec tamē percipitur nisi in tēpore perceptibili. Amplius quis secundum quosdam immutatio possit fieri instantanea. hoc tamen ab ista philosophia est extraneum. ut infra in circulo demonstrabitur. Certitudo tñ de uisibili nō sit nisi in tpe. transportatione axis radialē siue pyramidis sup

LIV.

Darem uisam: ut patet ex. xxxviii. propositione supraposita.

LIV.

Iffōnem non lucide fieri, sine congrua sanitate oculi.

Prima

Ciccirco dicitur q̄ error uisus alī est a causa exteriori propter egressum a proportione in aliqua conditione ad uisum necessaria. ut distantia uel oppositione uel huiusmodi alia apprehensione. Alī ex causa interiori sicut oculi debilitate & paucitate spirituum uel inflatione oculi ab extraneo humore uel alia lesione.

LV.

Dicas & multas esse intentiones uisibiles, & quasdam prima-
rio quasdam secundario.

CSi quidem sunt uigintiduæ intentiones uisu comprehensibles, lux: colo: distantia: situs: magnitudo: corporeitas: figura: motus: continuatio: discrecio uel separatio: numerus: quies: asperitas: lenitas: diaphaneitas: similitudo: ubra: obscuritas: pulcritudo: turpitudo: spissitudo: diuersitas. Haec sūt principales intentiones: aliae secundariae quae ab illis continentur. sicut ordinatio sub situ collocatur: & scriptura siue sculptura sub ordinatione & figura: rectitudo & curuitas sub figura. Amplius multitudo & paucitas sub numero: æqualitas & augmentum sub similitudine & diuersitate alacritas & risus & huiusmodi quae comprehenduntur sub figura faciei. & sic de aliis multis: principaliter tamen mouent uisum lux & color suis speciebus oculum sigillantes. & ex consequenti alias prenominatas, illas uisui representantes quae sub eiusdem qualificantur & glorificantur.

LVI.

Non omnes intentiones uisibiles comprehēdi sensu spoliato.

CDico sensum spoliatum solum sensum quidē. quia quedā apprehenduntur nō solo sensu: sed cooptate uirtute distinctiua & argumentatiua quasi imperceptibiliter imixta: quedam etiam adminiculo scientia acquisiſtæ. uerbi gratia quum apprehenduntur duo individua esse similia: & ipsa similitudo. neutra formarum comprehenditur solo sensu. sed collatione unius ad alterum: Similiter corporum differētia: & aliarum rerum. Amplius scriptura non comprehenditur solo sensu sed per distinctionem partium quam facit uis siue uirtus distributiva. mediante uisua. Similiter res assuetæ quum uidentur statim cognoscuntur non nisi in relatione speciei receptæ ad hitum memoriae: & hoc quasi p ratiocinum.

LXVII.

TIndistinctione uisibilium rationem imperceptibiliter argu-
mentari uel operari.

CNullum. n. uisibile cognoscitur sine distinctione intentionum uisibilium uel sine collatione aut relatione rei receptæ ad hitum. uel ad uniuersalia cognitorum prius a sensibilibus abstracta: quae fieri non possunt absq; ratio-
cino: sed tpe non indiget perceptibili uis discretiua in his coiter apprehē-
sis, quia arguit per aspectum ad sibi notissima, nec arguit per compōem
& ordinationem propōnum. uis. n. distinctiua nata est arguere sine diffi-
cultate. quae etiam aptitudine naturaliter exeritur. unde etiam in pueris
apparet, qui magis pulchra minus pulcris solent preponere, non nisi natu-
rali ratione: eorum facta comparatione.

LXVIII.

LUcem & colorem comprehēdi sensu spoliato.

CPer hoc. n. tātu apprehēditur q̄ ultimū sensuē his rigitur.

In ter lucem & colorem simul oculum mouentes solam dis-
cernere uirtutem distinctiua,

CTangunt siquidem pupillam & mouent sensu secundum eandem exp-
tem ergo in sensu confuse recipiuntur, & ita per sensum distingui nequeant.
ergo non distinguntur nisi per experientiam de luce & colore hitam per
scientiam eorum acquisitam.

LX.

Quiditatem lucis & coloris, solo sensu minime compre-
hendi.

CQuiditas coloris hic dicitur species coloris: quae discernit non nisi
per rationem ad formas consuetas. Similiter & lucis quiditas an sit lux so-

lis uel lunæ: uel ignis: scientia dignoscitur non ex sensu quū tamen color in quantum color: & lux in quantum lux: sensu spoliato capiatur. LXI.

Nulla intentionem uisibilium, preter lucem & colorem solo sensu compræhendi.

CHoc patet quia sola quiditas coloris ita omnes diuisimæ immediatissima est colori: sicut quiditas lucis luci. Si n. quiditas non solo sensu capiatur multo fortius nec alia quæcunque intentiones uisibiles: sed per distinctionem siue distinctam argumentationem & scientiam: ex quo patet q[uod] solum lux & color: & non quiditas lucis & coloris sunt propriæ obiectu uisus. LXII.

Olorem in eo q[uod] color prius compræhendit sua quiditate.

CHoc ex parte patet quia color in eo q[uod] color per se facile capiatur, quiditas aut eius non nisi per scientiam & argumentationem: hoc etiam patet experimento. quia coloratum in luce subobscura positum coloratum esse cernitur. & tamen coloris quiditas ignoratur. LXIII.

CDe uisu dispositione & æqualitate. Cap. III.

Sola distantia mediocris, uisu est certificabilis, & hoc per corpora interiacentia continua & ordinata.

CDistantia siquidem inuisibilis: uisu non compræhenditur sed ratiocinatione colligitur: docente sic philosophia. Si n. clausis palpebris res non uidetur quæ uidetur apertis: sequitur & consequenter colligitur ut illud quod uidetur noui sit uisu adhærens & hoc est in anima quietum sine necessitate argumentationis iterandæ in qualibet uisione. Dico ergo q[uod] compræhensionis quantitatis distantiae accipitur a quantitate corporum interiacentium. uerbigratia nubes in terra plana uidentur oculo: celo coniunctæ. in terra montuosa uidentur terræ propinquæ: quia alicubi montium altitudinem non excedunt. Certificatio igitur distantiae nubium causatur a compræhensione corporis interiacentis. Q[uod] si corpora interiacentia ordinata non sunt sed confusa: certificari potest a præhensione quantitatis. Amplius si non sit distantia mediocris non perteingit uisu usq[ue] ad plenam distinctionem corporum remotorum interacentium: propter debilitatem speciei uisibilis ex distantia. sicut docetur uera propositione. xviii. LXIII.

Certificari quantitatem distantiae per resolutionem interiacentis spaci ad magnitudinem mensuræ sensibiliter notæ.

CSi enim corpora interiacentia sunt secundum totum & partem inæquilatera incerta: nunq[ue] ex ipsis certificabitur incerta distantia: ergo necesse est in ea aliquod certum inuenire. siue reperire cuius quantitas noticia per experimentum sit nota ad quod totum spaciū reuelatur: sicut ad pedem uel ad quantitatem corporis mensurantis uel ad aliquid quod sit notum imaginationi mensuratoris uel compræhensoris. LXV.

Ostantiam orizontis maiorem apparere, q[uod] alterius partis hemispherii cuiuscunque.



CHoc patet ex. lxiii. si. n. ex corporum distantia qualitas dignoscitur: ubi maior magnitudo interiacere uidetur. necesse est ut etiam maior distantia uideatur, sed inter orizontem & uidentem interiacere uidetur maior latitudo q[uod] inter uidentem & zenith. ergo incomparabiliter plus distare uerorizonte q[uod] alia pars celi quecumq[ue]. LXVI.

Orizontem apparere terræ coherentem

Cuius ratio est quia non comprehenditur aliquo modo spaciū inter ultimam partem terræ uisibilem & ipsum celum. LXVII.

Longitudinem radiorum a uisu compræhendi

CQuod patet ex parte in speculis ubi creditur res esse in extremitate



Prima

E state linearum radialium: quas totas extimat porrigi secundum cōtinuum & directum & secūdum illas iudicat esse uisibile contra partem quæ uium mouet. unde species mouens oculum non solum ostendit oculo ipsum obiectum sed etiam medium radium: cuius ipsa species est extremum: in quo tamen radius similitudo est alterius. Ex hac tamen propōe rādiorum egredientium fortissimum posset sumi argumentum.

Sicutum oppositiōis rei uisiblē distinctiōne comprehendēti.

CIntentio siquidem situs tria includit oppositionem rei diametralem & pōnem respectu oculi secundum rectitudinem & obliquitatē: & ordinem partium rei ad invicem. Primus ergo modus distinctiōne cognoscitur: res enim per hoc opposita faciliter esse comprāhenditur: quia forma eius super uisum perpendiculariter erigitur: quod esse non posset: nisi opponeretur. Amplius quam opponit uideatur: latet aut ē quā non opponit.

XVIII.

Sicutum obliquitatis comprāhendēti ex comprāhensione diuerſitatis distantiae extremorum rei uisibilis.

CQuum enim certificatur distantia secundum quod docet. lxii. proposiſio: necesse est ut si extrema inæqualiter distare reperiantur: q̄ tunc res oblique respiciens oculum iudicetur.

LXX.

Quartam situs differentiā ex ordine speciei in oculo comprāhendēti.

C Sicut enī ex ordine speciei comprāhēditur ordinatio rei distinctae ut supra ex. xxxvii. sic & ordinatio partium cognoscitur.

LXXI.

Figuram rei uisibilis ex duabus ultimis situs differentiis comprāhendēti.

C Verbigratiā ex maiori distantia mēdiā q̄ extre morum comprāhendētur concavitas & e conuerso conuexitas & omnes figuræ incisionis comprāhēduntur ex cōprāhensione ordinis partiū rei uisibilis.

LXXII.

Figuram rei uisibilis multum distantis, minime certificari.

C Cuius ratio est quia nec distantia certificari potest. & pconsequē nec situs nec figura.


Quartā ratē anguli sub quo res uideatur, minime sufficere quātitati rei uisibilis capienda.

C Quod patet si in circulo dicuntur diametri se se secantes orthogonaſ. Ponatur q̄ una diameter sit fere directe obiecta oculo: reliqua uero non: & per consequens ualde oblique oculum respiciens sub longe minori angulo apparebit: si cut patet in figura: nec tanto minor quanto angulus sius est angulo alterius minor. sic enim nō appareret circulus sed oblongaſ figuræ globus. quod falsum est.

Conclu. LXXIII.

Omiprāhensionē quantitatis procedere ex comprāhensione pyramidis radioſ, ex basis cōpositione ad quantitatē anguli & longitudinē distantiae.

C Sola igitur cognitionis quantitatis anguli non sufficit ad quantitatē discernendā: consert tamen ad hoc sicut patet ex. xl. propōne supra: angulus quidem comprāhendētur ex dispositione formæ in oculo sed quia etiam ipsi radii ab oculo comprāhendēntur. ut docuit. lxvii. proposiſio.



non est certitudo noticie quantitatis nisi referendo angulum aequalē cum inaequali longitudine radiorum ad basim inaequalem: quia in anima quietum est lineas ab angulo procedentes tanto amplius ad invicem distare: quanto remotius protenduntur: & per consequēs tanto maiorem basim continere. Quod autem uirtus apræhensiua quantitatis ad longitudinem distantiae respiciat. nec solum ad angulum, patet experimento, quoniam si monocularis aliquem parietem magnum aspiciat, & quantitatem eius certificet, deinde oculo suo manum anteponat, ipsa manus uidebitur sub eodem angulo uel sub maiori q̄ paries uisus sit, nec tamen tanta ei apparet, quantus paries apparet, quia minus distat.

Concl. LXXV.

Ortificatio quantitatis fit completiue per motum axis.

Appræhesio per ipsum certior est, & ideo defertur axis per basim & super spaciū & intra angulum sub quo res uidetur sicut apparere potest. ex xxxviii.

Concl. LXXVI.

Nulla quantitas rei immoderate distantis, est oculo certissimabilis.

Cre enim multum distante, axis qui suo motu certificat uisum in parte paucā rei uisibili translatus nullum facit angulum sensibilem in centro uisus, quoniam ut supra patet, res multum distantes sub acutioribus uidentur angulis. & ideo translatio axis intra acutum angulum modica, non est uisi perceptibilis, nec satis efficacis apræhensionis, Amplius nec certificatur quantitas spaciū interiacentis ut docet ppositio. lxiii. Concl. LXXVII.

Obstinationem uisibilium colligi ex distinctione radiantium formarum.

Quando euim species oculum mouentes sunt diuersae. & res diuersas necesse est apparere, nisi distantia earum ab oculo diuersitatem abscondat & per oppositum intellige quando apprehenditur continuitas que est noua intentio. & ex hoc intellige qualiter apprehendatur numerus qui est degima intentio.

Concl. LXXVIII.

Motus apprehenditur diuersificatione situs rei motæ ad aliud in motum, uel ad uisum ipsum.

Quam diu enim habet eundem situm ad aliud in motum & ipsum mobile uidetur. Et quia uisus nihil uidet nisi sub forma prescripta, ideo percipitur motus quinque apud centrum, uisus in motu variatur angulus declarationis sensibiliter.

Concl. LXXIX.


Omne uisibile ad utrumque oculum in maiori parte consimiliter situari.

Quod patet quoniam quā utroque oculo inspicitur utriusque pupilla ad rem dirigitur. & axes duorum oculorum in eodem puncto rei uisus figuntur q̄ opponitū cōtrō utriusque. & uno moto alter consimiliter mouetur. Alii autem radii singulorum oculorum habent in maiori parte situm consimile respectu axium & ideo res apparet in maiori parte una & eodem modo disposita utrique oculō quoniam sicut supra patet, certitudo rei uisibilis est per axes.

LXXX.


Ex variato sensibiliter situ uisibilis respectu duorum axium ipsum duo apparet.

Si enim uisibile ad unum axem sit dextrum ad alium sinistrum sensibili diuersitate apparet unū duo. Verbi gratia si figantur axes duorum ocu-



Prima

Pars



lorum. s. g. in punctis. h. k. diligenti intuitione apparebit. k. duo similiter & h. quia utruque est uni axi dextrum & alteri sinistrum. Amplius si ex eadem parte respiciant axes sed ex magna declinatione ad partem unam fit sensibilis uariatio anguli que constituit radius sub quo uidetur res tangentia declinationis cum utroque axe: apparet similiter unum duo uerbi gratia. m. punctus ex eadem parte respicit utrumq; axem. a. c. & b. d. tam propter magnam uarietatem anguli. m. a. c. & m. b. d. fit diuersificatio situs in oculo & apparet unum duo, aliis etiam modis apparet unum duo sicut supra ostensum est.

Conclu. LXXXI.

T N apprehensione uisibilium iuxta sensum scientiam & rationem uel syllogismum uariari.

C Verbi gratia in luce & colore q; sensu compræhenduntur erratur ex distantia. multi. n. colores in uniti ex distantia uidentur unus color: similiter & in luce debili unus color uideatur alius esse. q; si dixeris sensum uon decipi circa proprium obiectum. Scito proprium obiectum esse colorem tantum & lucem. no autem aliquam speciem lucis & coloris que solo sensu minime capiuntur. ut supra uisum est. Similiter & secundum distantiam: ad scientiam & rationem accidit deceptio unde mota aliquando uideatur quiescentia & e conuerso.

Conclu. LXXXII.

S Tellas in orizonte maiores apparet quā in aliqua alia parte celī.

C Hoc probatur quia patet ex. lxxiii. quod magis distare uidentur quando sunt iu orizonte, & quia ex æquali angulo ad maiore distantiam relato: res maior esse iudicatur. ut patet ex lxxiii. quum in orizonte sub eo/ dem angulo representetur oculo sub quo alibi in celo. & sub maiori spa/ tio uideatur presentari, concluditur in orizonte rem apparet maiorem. tamen secundum ueritatem si distantia esset maior angulus esset minor. & res uideretur esse minor non autem sic est: ideo angulus æqualis ad ap/ parēs maius spatium relatus rem indicat esse maiorem ad hoc etiam est interpositio uaporum de qua tangetur infra.

Conclu. LXXXIII.

Orpora sphærica in distantia apparet plana.

C Quum enim sphæricitas uel concavitas discerni non possit. nisi ex comprehensa inequali distantia partium rei uisæ. necesse est in huiusmo di perceptione uisum deficere. immoderatione distantia sicut patet ex. lxxiii. si igitur nulla ps rei uisæ plus distare uideatur necesse est unius dispo/ sitionis apparet totam superficiem rei uisæ.

Cocl. LXXXIII.

Q Vadratas magnitudines in distantia apparet oblongas.

C Cuius ratio est: quoniam excessus radiorum cadentium in latera quadrati oblique respicientia oculum. no est proportionalis proportio/ ne sensibili ad radios cadentes iu latus quadrati directe oculum respicien/ tis. per comparationem ad totam distantiam uisus qui non sufficit discer/ nere obliquitatem lateris quod oblique uidetur: & sub lōgioribus radiis & minori angulo: & ideo tale latus apparet minus, q; si angulus quadrati recte opponatur uisu: apparet quadratum rotundum, uisu obdistantia non compræhendente uel discernente angulum.

Explicit prima pars.

I. Archiepiscopi Cantuariensis. Perspectuæ pars Secunda,
De radiorū uisibilium reflexione & eorumdem effectibus. Cap. I.



Vces primarias & secundarias
puras & coloribus immixtas.
a dñorum corporum superficie
bus reuerberari.

CHoc per experimentum patet in
speculis ferreis & huiusmodi aliis.
Amplius per reflexionem radiorū
a superficie terræ calor int̄erior est
prope terram q̄ in medio aeris in
tersticio et in uallibus ad quas den
sitas utriusque montis radios refle
ctit. cuius ratio est. quóiam radius

lucis & coloris per diaphanum aptus natus est incedere. & occurreto cor
pore denso parum diaphano, uirtus radiationis & influētia radiosā non
dum terminata, quū i directū trāsire nō possit; in reflexionem ducitur: dif
fusionis con pulsu. non solum occurrentibus corporibns opacis & terre
stribus uerum etiam perspicuis minori genere perspicuitatis. cuiusmodi
est aqua & uitrum. unde radius solis quo ad sui nobiliorem partem refle
ctitur ab aqua & cum hoc secundum aliquid sui aquam ingreditur lustras
eā, unde aliq̄s in aqua existens uidere posset solem & lunam. II.

REFLEXIONES SOLAS A REGULARIBUS SUPERFICIEBUS FACTAS, OCULO
SENTIRI.

CDICO superficies regulares illas quæ sunt dispositionis uniformis in
omnibus partibus suis. uerbigratia planas: conuexas: & huius
modi. Irregulares autem sunt superficies corporum asperorum in quas
radius uel lux cadens dispergitur & distrahitur. ne regulariter oriri super
oculum possit. Asuperficiebus autem regularibus eodem modo non
reflectitur ordinata: quo in ipsis recipit secundum pyramidē radiosas
& ideo quia uisus non fit sine pyramidib⁹ radiosis: per tales & non alias
superficies cōtingit speculari: sicut enim radii si essent in directū porrecti.
ostenderet oculo illud cuius sunt. sic & reflexi illud ostendit: sed alio mō.
essentiale est enī radiis corpora declarare quorū sunt similitudines. III.

LVCES REFLEXAS SIMILITER & COLORES, DEBILIORES ESSE, DIRECTE RAD
ANTIBUS.

CUOIUS causam prebet nō solum elongatio a fronte immo magis debi
litas ex obliquatione. rectitudo siquidem lucis cognata est processui sed
etiam in omni opere naturæ dirigit: & expedit naturam. Omnis enim
motus tanto est fortior quanto est rectior: & per consequens: rectitu
dine sublata: necesse erit languescere ex parte uigorem. Et hec est ra
tio quare lumen solis transiens per uitreas coloratas. colorem ipsum
facit sensibiliter radiare & tingere opacum sibi obiectum propter fortitu
dinem scilicet radii quasi directe radiantis: non autem hoc potest radius
a solido reflexus: fortitudo enim lucis necessaria est colori hoc solum
mouendo ipsum: sed etiam mouendo cum ipso medium: in quo excedit
radii fortitudo uitrum penetrantis: quamvis aliquātulū frangatur. III.

REFLEXIONES FACTAS A SUPERFICIEBUS FORTITER COLORATIS, NIHIL AUT
TENUITER UISUM MOUERE.

CUOIUS ratio est ut proximo patuit. lux directa fortior est q̄ reflexa. si
milliter & color. q̄ si prima superficies sit regularis & multū polita; res i ea
uideri poterunt nō tamē ut sunt sed colore speciali uestitæ. V.

Secunda

LVces & colores a speculis reflexos res quarum sunt species oculo ostendere.

CQuod patet quoniam species genita a re uisibili essentialiter habet rem ostendere cuius est similitudo. quoniam in se ipsa esse fixum non habens necessario dicit in alterum cuius est. quamuis ergo reflectatur. nane sibi essentia sua. & ideo rem ostendit: in alio tamen situ: cuius ratio infra patebit.

VI.

ANgulos incidentia & reflexionis aequales esse, radiumq; in incidentia & reflexum in eadem superficie esse cum linea erigibili a punto reflexionis.

CDicitur angulus incidentia quem constituit radius cadens super speculum: cum superficie speculi. uel ex una parte ex alia. cum linea imaginabiliter erigibili a punto reflexionis. Angulus autem reflexionis est que cum eisdem constituit radius reflexus. aequalitas autem angulorum experimento colligitur. & ratione utruq; probatur. quoniam si radius incidentis transire posset in profundum speculi: cum linea perpendiculari super punctum reflexionis in profundum ducta. constitueret angulum equalē angulo incidentia. quia anguli contra se positi sunt aequales secundum euclidem. ergo eodem modo resilit quotrasit, ergo necesse est ad aequali angulum reuerberari. unde si perpendiculariter cadit in speculum in se reflectitur si oblique reflectitur in partem aliam. sicut etiam in motu corporali. patet quoniam aliquod ponderosum descendens motu recto in solidum corpus uel projectum linealiter si recte proicitur per eandem lineam reuerberatur. si oblique per consimilem resilit in oppositam partem. Amplius perpendicularis radius fortior est aliis. non solum propter conditionem radii absolutam: sed propter modum oriendi super rem objectam. sicut patet ex dec aratione. xv. propositionis primae partis fortitudo igitur radii cadentis est secundū quantitatē anguli radii que constituit radius in cadendo. sed fortitudo radii in reflectendo est secundum formationem radii in cadendo. igitur motus reflexionis sequitur motū incidentia. Amplius primas tres lineas esse in eadem superficie patet: quia radius icesui rectitudinis, ut est possibile, se conformat. qm̄ innata ē luci rectitudo. qd̄ si superficiem istam egredetur. dupliciter a rectitudine desiceret, & resiliendo, & diuertendo.

VII.

Dlaphaneitatem, speculi essentiā non intrare, et tamen per accidens alicubi conserre.


CSi enim res in speculo ostenditur per radios reflexos. ut iam patet. ergo perspicuitas per quam species in profundum ingreditur speculum impedit & sic non expedit uisioni. quoniam reflexio est a denso. quia densum propter quod specula consueta uitrea sunt plumbō subducta. Quod si. ut quidam fabulantur. diaphaneitas esset essentialis speculo. non fierent specula de ferro & calibe. a diafaneitate remotissimis. nec etiam de marmore positio cuius tamen contrarium uidemus. in ferro autem & aliis huiusmodi propter intensionem nigredinis. non est efficax speculatio. in quibusdam tamen lapidibus debilis coloris multo clarior ē speculatio qd̄ i vitro. VIII.

TN speculis uitreis. plumbo abrasiō nihil apparere

CU eius ratio est quoniam licet a uitri superficie fiat aliqua reflexio. tamen quando uitrum ex aliqua parte non obumbratur transit per ipsum lux directa. que reflexam uincit fortitudine sua sicut patet ex. iii. pmissarū huius partis. qd̄ si apponatur pannus obscurus. uel niger. vel huiusmodi aliquid poterit uideri quia tunc nihil directe transit per uitrum quod sit

IX.

Smagnæ in radiando efficacia.



CEst enim speculum planum, & sphaericum tam concavum, quam conuexum. est pyramidale intra q̄ extra politum. Est etiam columnale politum extra: & intra. & in his septem dñis plano scilicet spherico, concavo, conuexo, pyramidali interiori & exteriori, similiter columnali interiori & exteriori, fiant per singula diuersa apparitionum genera ut patebit. Quædam autem sūt superficies irregulares, quæ quamq̄ sint politæ scilicet partim planæ partim conuexæ, vel concavæ, in eis tamen apparent facies distortæ propter irregularē reflexionem a superficie diuersitate.

X.

Dicitur speculi lenitas intensa, forma uero perfecta politura.

CHic dicitur lenitas magna partium concinnitas carens poris sensibilibus omnino. unde lignum & huiusmodi corpora non possunt esse specula. Politura uero dicitur omnis asperitatis amotio. si igitur sit corpus lene multum & intense politum, erit speculum essentialiter, ad hoc tamen ut speculum lucide uisibilia representet, exiguit ut nō sit coloratum colore sensibili. requiritur etiam ut nec puluere nec anhelitu nec humore sit respersum. & hoc ē quod dicūt oportet speculum esse tersum.

XI.

Res in speculis apparere uniuersaliter debilius quam recte.

Cuius ratio est quoniam ut patet ex. iii. huius formæ reflexæ debiles sunt. & ideo debilius representant, & ideo debiliter mouēt. propter quod homo uix suæ formæ recordatur. Amplius color speculi immiscetur luci reflexæ & eam obscurat, propter quod facies appetit tincta. latent etiā faciei maculae propter debilitatem reflexionis.

XII.

TN quolibet punto speculi obiecto luminoso, duas lucis terminat pyramides, unam incidentem, aliam resilientem

CPima pars huius patet ex quarta primæ partis, & quia lux reflectitur a polito. sequitur secunda pars propositionis. ut etiam pyramis inde a quolibet punto reflectatur.

XIII.

AQuilibet punto luminosi, in quemlibet punctum speculi obiecti radium incidere.

CHez sequitur ex. iii. primæ partis supra.

XIV.

AQuilibet punto luminosi porrigi pyramidem, totam obiecti speculi superficiem occupantem.

CHez sequitur ex sexta primæ partis supra.

XV.

ASuperficie speculi infinitas fieri completas reflexiones formæ uisibilis.


CHoc patet ex habitis. uerbigratia sit res uisa plana. & speculum planū tota species rei uisæ non solum recipitur in tota superficie speculi: sed in qualibet parte eius. Et quamvis partes a quibus potest fieri reflexio sint finitæ: per diuersam tamen compositionem. cum aliis partibus sunt infinitæ. Quum igitur secundum modum incidentiæ sit reflexio. oportet infinitas fieri reflexiones a quolibet speculo. secundum enim pyramidem aliam & aliam: sit uisus in quolibet punto alio & alio. non tamen propter hoc sunt infinita actu: quia hec omnia sunt unum corpus lucis: reflexiones autem completæ sunt. quæ rem totam ostendunt.

XVI.

Radium super speculum perpendiculariter orientem in se reflecti.

CHez sequitur ex. vi. huius quoniam si per aliam lineam reflecteret: per minorem angulum resiliret: & non essent æquales anguli incidentiæ & reflexionis.

XVII.



A

B ————— C

Secunda

Vce reflexa per aggregationem fieri fortiorē luce incidente,
 C^omnis siquidē uirtus unita plus potest q̄ dispersa & similiter radii
 quum sparguntur debilitantur: & quum adunantur fortificantur. & ad ali
 quem effectum magis sufficiunt radii reflexi adunati: q̄ directi dispersi.
 hinc enim est q̄ in speculis concavis sphæricis ad solem positis ignis incē
 ditur: si enim directe speculum radiis solis opponitur, radios omnes par
 tim super unum pūnctum: partim super lineam incidere necesse est: om
 nes enim radii ab eodem circulo reflexi cadunt in pūnctum unum: quia
 talium sunt æquales anguli incidentia. erunt igitur & reflexionis, Quod
 igitur directe ignem non generat, Ex hoc prouenit q̄ radii solis concur
 rere non possunt: nisi fracti aut reflexi. Concl. XVIII.

Vcem speculo incidere & reflecti p̄r lineas naturales.
 C^oLinea siquidem radioſa naturalis est: nec saruatur radii essentia:
 niſi in latitudine: & quia apparitio in speculis mutatur secundum diuersita
 tem figuræ. planum est q̄ a punto mathematico non fit reflexio. quia il
 lius nulla est secundum superficies diuersificatio. XVIII.

Cap.


Ormas apparentes in speculis per impressionem in
 speculis factam minime uideri,

C^oredūt enim hoies: nōnulli. q̄ res in speculis appareat p̄ ido
 la q̄ speculis imprimitur. & res q̄ si in idolis appareat. idola tñ
 ipsa primo uideri. Et iste error geminatur: Quidam enim dicunt ipsum
 idolum imprimi ipsi speculo. & ibi esse ac uilum mouere. quod multi
 pliciter falsum esse ostenditur. quoniam in speculis ferreis & adamanti
 niſi uidentur res in quibus nulla est perspicuitas receptiva impressionis.

Amplius si res imprimeretur in speculo. diffunderet se in speculo undi
 que & posset res uideri in omni parte respectu speculi. quod falsum est.
 non enim uideatur res niſi oculo existente in eadem superficie cum pūncto
 uisso. & pūncto reflexionis. equalibus existentibus angulis incidentia &
 reflexionis: Amplius quantitas idoli nunquam excederet quantitatem
 speculi quod falsum est. Amplius si idolum imprimeretur i speculo ap
 pareret in speculo. & non ultra speculum. quod falsum est. apparent enim
 idola in concursu imaginario radii uisualis cum catheto. Amplius perspi
 cuitas nihil facit ad essentiam speculi per se ut supra docuit. vii. propositio
 huius partis. Iccirco dicunt alii idolum non imprimi speculo. sed ubi res
 appetat in concursu radii cum catheto. s. ultra speculum ubi appetat ido
 lum: quod falsum est. Quoniam in aqua turris appetat esse in terra tan
 tum quantum est in aere. & si ponatur mons eminens in loco. apparitio
 nis: ita liquide appetat ac si esset ibi aer uel aqua. igitur ibi nihil imprimi
 tur. Quid est igitur idolum: sola apparitio rei extra locum suum. uerbi
 gratia: aliquando oculus: ut supra patuit: unum iudicat esse duo: quod est
 quia res appetat non solum in loco suo: sed etiam extra locum suum. ita
 est in proposito quantum ad hoc. quia res in speculo secundum ueritatē
 uideatur: sed in situ erratur & aliquando in numero: ut infra. XX.

In speculis planis et aliis, in maiori parte imágines appetere
 in concursu radii uisualis cum catheto,

Cathetus est linea perpendicularis ducta a re uisa super superficie speculi
 plani seu sphærici. In concursu enim radii imaginabilis sub quo res uide
 tur cum perpendiculari ducta a re uisa perpendiculariter, super superficie speculi
 appetat esse id quod in speculo uidetur. Cuius ratio colligi potest ex
 67. propositione primæ partis. ipsa siquidem longitudo radiorum oculi
 præsentatur. sed quia pars radii reflexi mouet uisum immediate: & ita
 uisum intendit. illa etiam mediante: per se uisus apprehendit partem radii



incidentis in speculum. ita q̄ tot̄ s radius præsentatur oculū quasi præce-
dens in continuum & directum. reflexionem enim oculus aduertere nō
potest: quia nihil apphendit nisi partem radii quæ uisum afficit, necesse
igitur est rem qua in speculo uidetur si supra speculum est: sub eo appare-
re in concursu imaginabili radii cum catheto. uerbigratia sit speculum. a.
b. g. sit res uisa. k. c: oculus uidens. d, cadant ergo radii. k. a. &. c. b. a re uisa
quæ reflectantur ad oculum per radios. a. d. &. b. d. igitur res. k. c. uidetur
continuari per radios. k. a. &. c. b. radiis. a. d. &. b. d, igitur. k. a. &. c. b. uidē-
tur porrigi in profundum speculi sub eisdem angulis sub quibus reflectun-
tur: igitur anguli contra se positi sunt æquales & cadit. d. a. in. e. d. b uero
in. f. Amplius in perpendiculari prædicta si catheto res eodem modo ap-
paret quo in situ proprio: dico in speculis planis: quia rectius est ibi appare-
re: & hec est ratio auctoris in libro v. capitulo ii. XXI.

Altitudes in speculis suppositis eversas apparere.




Hoc patet ex proxima. hoc tamen refert quod in speculis planis res
tuisa tantum apparet in profundum: quantum de super eminet: quod de-
monstratur. Cadat enim cathetus a punto viso. c. & sit. c. e. f. sitque radi-
us sub quo. c. uidetur. b. g. f. radius cadens a re tuisa. c. g. certum est igitur
in trigonis. c. e. g. & f. e. g. quod latera. g. e. & g. c. sunt aequalia lateribus. g. e.
& g. f. sicut patet ex proxima: & angulus. e. g. c. equalis est angulo. e. g. f.
quoniam contra se positi sunt aequales: & anguli incidentiae aequales sunt
angulis reflexionis: ergo basis. e. c. aequalis est basi. e. f. res igitur tantum ap-
parer ultra speculum uel sub ipso quantum est supra. quod si oculus uidet se
ipsum: idem accidet quamvis perpendiculariter radius orietur. quoni-
am ut dicimus est: radius ipse comprehenditur. Amplius perpendicularis
